

DEUM verò immortalem, DEUM ac Patrem Domini nostri JESU CHRISTI precibus veneror humilimis, velit pro immensa sua gratia clementer largiri, ut omnes ac singuli in hocce gratiæ regno ita ipsi subjecti simus ac inserviamus, ut non solum in hæ vita glorificetur DEUS, πᾶν τῇ υπερβασίᾳ τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, εἰς τὸ ἐναγγέλιον τῷ Χριστῷ, sed & nos ipsi æternæ istius ac gloriosæ subjectionis Filii socii reddamur, cum omnibus beatis subjectionem istam in consummatissima felicitate videamus, atque beatitudinem istam ineffabilem quâ DEUS nobis erit omnia in omnibus, re ipsa experiamur: Cui interea, pro præstito auxilio, persolvo grates devotissimas, debita ac humillima mentis *Subjectione*.

T A N T U M !

CAP. I.

LEMMATA.

§. I. Connexionis rationem tradit. §. II. Subjectionis varias acceptiones diversosq; modos explicat. §. III. Ostendit Terminum Subjectionis Filii passivæ, qvoad ejusdem manifestationem, esse Subjectionem τῶν πάντων activam, ubi, qvid per eam intelligatur, ostenditur, ac per Synonyma illustratur. §. IV. Docet qvinam CHRISTO subjiciantur, qvi verò non. §. V. Secundum qvam naturam illa Subjection fiat. §. VI. Dubium movetur, cur Filio adhuc qvædam subjicienda dicantur, cum tamen jam omnia subjecta habeat? Volkelii Expositio rejectur. Locus Höpffneri ac Lutheri. Qv. Qvare ratione nostri hostes nondum subjecti sint? adducitur responsio Lutheri. §. VII. Sathanæ subjection demonstratur. §. VIII. Qvomodo mundus

H 3

sit sub-